

... et si maleficia in
... si haeces paganoz. faciāt
... mēta agāt. A uerbis q̄
... ceat in suis laueficijs vāni
... sed deū inuocēt aduitorē
... tērendi doct. Calur. **Itē ex**
h caplo. xxx. SACRIS OFFICIIS

Non oportet
sacris officiis de ditos
gicos vel incatatores existē
lateria q̄ aiaz suaz vicula ad
aut q̄ talibz rebus vtiur pro
iustissimus. **Itē ex ocilio tole**
pitulo. xxx. Honore praie

Quis
eps aut presbr a diacon
libet de ordimbz dei coz ar
catatores a ariolos a cre aug
nlegos vel q̄ phiteur arte ma
eo q̄ filia exercētes cōsultasse
fuerit. ab honore dignitatis s
mōstern curā excipiat. ibiqz p
tue de dicitus scelus admittuz sa
uat. **Itē ex agathēsi cōcilio.**

... odam loco
dixi de mones aliqui hōim disp offiōes nō
solu vāc plenas verū etiā cogitacōe ob
ceptas. cū signa quedā ex aio expimūt
in corpore tota facilitate p dicitē rem dixi
occuly. Similia audaciōzi q̄ serone qua ce
bui. Nā puenire ista ad noticiā demonū
p nō nulla ec expimētā pti ē. Sed vtrū
signa quedāz dent ex corpore cogitātū
illis sensibilia nos aut latētia an alia vi spi
rituali ista cognoscant. a difficillie p̄t ab
homibz a omīno nō p̄t inueniri.

Quod autēz sortilegi a diuini fi
cessare noluerit e cōmūcādi
sūt. rōne et auctoritate p b ar.
Quod autēz sortilegi a diuini fi
cessare noluerit e cōmūcādi
sūt. rōne et auctoritate p b ar.
Quod autēz sortilegi a diuini fi
cessare noluerit e cōmūcādi
sūt. rōne et auctoritate p b ar.
Quod autēz sortilegi a diuini fi
cessare noluerit e cōmūcādi
sūt. rōne et auctoritate p b ar.
Quod autēz sortilegi a diuini fi
cessare noluerit e cōmūcādi
sūt. rōne et auctoritate p b ar.

esse neces
tatez fu
moribus.
unde nō
dicēdū
p supiora
causa
ex licet
nt signa
erum.
Quod autēz sortilegi a diuini fi
cessare noluerit e cōmūcādi
sūt. rōne et auctoritate p b ar.

IX. B. 5. 315.

45.

Sod

~~IX. B. 5. 315.~~

~~XXVIII. 9. ou~~

B. 5. 315. 45. 1690.



DISSERTATIO
DE
RESCINDENDA
VENDITIONE

Ex l. Rem. maior. prec. 2. C. eo tit.

QUAM,

DEO FELICITER ANNVENTE,

SUB PRAESIDIO

Clarissimi & consultissimi viri,

DN. IOANNIS STVCKII,

I. V. D. & in incluta IULIA Professoris publici,

nec non Dicasterij prouincialis, quod est Guelpherby-

ti, summi Assessoris dignissimi, Praeceptoris

sui summâ obseruantiam colendi,

Censurae publicae submittit

CASPAR. Heidbergk/

Ascanius,

Ad diem 1. April. in Collegij noui

auditorio maiori.

HELMAESTADI,

Ex typographeio IACOBI LVCI,

MDCCXV.





*Amplissimis, Præstantissimis & Pru-
dentissimis VIRIS,*

DN. BALTHASARO MAVIO
IC., Iudicij Electoralis, quod est Lipsiæ,
Protonotario solertissimo:

DN. PETRO Heingen/ INCLV,
tæ Lipsiensis Reipub. Senatori
laudatissimo:

&
DN. BALTHASARO Blichen/
Hereditario in Volckmarstorff:

*Dnn. affinibus, auunculis, fauto-
ribus & patronis suis colendis,*

Hanc disputationem

Dicat & consecrat

CASPAR. Heidsberg
Ascanius.



Impp. Diocletianus & Maximianus A. A. Lupo.

Rem maioris pretij si tu vel pater tuus minoris distraxerit, humanum est, vt vel pretium te restituente emptoribus, fundum vendatum recipias, auctoritate iudicis interueniente: vel si emptor elegerit, quod deest iusto pretio recipias. Minus autem pretium esse videtur, si nec dimidia pars iusti pretij soluta sit.

THESIS I.

Vtores huius constitutionis satis certi sunt: Diocletianus scilicet Iouius & Maximianus Herculus, medij inter Numerianum & Constantium Chlorum & Galerium Maximianum, quorum ille imperator ab exercitu factus, post Carinum profligatum & caesum magno honore à S. P. Q. Romano exceptus est anno incarnationis Christi CCXXCIV. ab vrbe condita MXXXV, & hic à Diocletiano in consortium lectus anno secundo post, anno videlicet Christi CCXXCVI; postquam ille anno praecedenti aram suam erexerat, quam Ethnici & Christiani longo tempore vsurparunt. Imperarunt autem simul annos XIX. & Diocletianus annum adhuc plus, post quod tempus imperio à Diocletiano Galerio Maximiano & à Maximiano Constantio Chloro tradito, in priuatam vitam secesserunt, anno Christi CCCIV. & V. C. MLVI.

II. Quid circa arma praestiterint, huius loci non est. Triumpharunt verò anno imperij sui XVIII. Rescripta Codicis sub eorum nomine reperiuntur per plurima, quæq; ante Iustinianum Codicem inserta fuerunt Codici Hermogeniano; Noua ea omnia con-

tinere non dixerim, & adeò hoc nolunt tum antiquiores tum recentiores, ut etiam nihil noui præfenti hoc rescripto datum esse velint. Costal. in annot. ad l. in causa. 16. §. penult. de minor. & l. iure. ff. de iur. dot. Loriott. de pact. axiom. 91. Cuiac. 23. obseru. 24.

III. Atq; ita dicendum omninò existimant, per l. si duos. 47. verb. quamuis alter decem dignus sit. ff. de euct. l. res bona fide. 54. verb. propter minimam causam, de contrah. empt. l. si quis cum aliter. 36. de V. O. d. l. in causa. 16. §. 4. de minor.

IV. Quasi verò distractio rei minoris pretij veteribus fuerit improbata, l. 2. depositi; vel saltem quidnam minus pretium extra causam dotis sit ante constitutionem hanc nostram fuerit definitum. Et quid si imprudenter res minoris venierit, vel, ut clarius dicam, emptæ venditæ fuerit? Fateor vix esse sine dolo eum, qui licet ab initio tempore contractus rem minoris vendi ignorauerit, tamen postea sciens eam petierit, iuxta ac accipe ICTum in d. l. 36. vel secundum l. 1. de condict. sine causa, & l. 2. §. 3. de dol. mal. except; Atqui in illis speciebus multò aliter est.

V. Et hoc certi iuris, tum iure Codicis, tum iure Digestorum est, ut propter minimam causam emptio venditio non retractetur, sed iure Digestorum læsio illa per imprudentiam nusquam inter maiora relata est. Immò inter ea referri non potuit, cum constitutione hâc nostrâ primùm certè definita sit.

VI. Quod ad regulam d. l. 16. §. 4. probat illa industriam prudentiamq; quandam œconomicam & studium quoddam rei familiaris augendæ; sed in tantum ne dolum vel machinationem illa sapiat. quod quando obtineat definitum est in d. l. 36. de V. O. Parum ideoq; in præsentiarum consulet.

VII. Sic species adductæ l. si duos. 47. de euct. non ex eo capite decisa est, quasi iustum adhuc pretium illic subsit; Subest enim in tantum, ut & quinque adhuc supersint; sed ex eo vocata est in dubium, quod ICTus Paulus in l. si duorum. 42. de act. empt. ad fin. lucrum cum damno in eiusmodi specie velit compensari. Verùm quæ controuersia huius scenæ non est.

VIII. Ut tamen verbo dicam: constat in l. 2. emptorem emisse singulos distincto pretio; siue sigillatim siue coniunctim emerit, nihil interest: in d. verò. l. 47. vno pretio plures emit, ut hîc, uti in

con-

coniunctis, meritò obtineat compensatio, illic non item. Diuer-
forum diuersa est ratio, & quæ sigillatim debentur, sigillatim et-
iam rectè petuntur, quæ verò coniunctim, non vltèriùs ac petenti
satis factum fuerit.

IX. Mouetur insuper *l. si decem. 10. de statulib.* & eadem ratione *l. qui libertatis. 69. §. quid ergo. 3. & l. fundum. 46. §. fin. de enict.* Cæterùm
in quibus textibus ne litera mentio fit læsionis vltra dimidium. Et
tenetur ibidem pars ex empto, vti textus habet, ob mendacium,
cuius causa in plurimis per quam odiosa est, vide Dn. Præsidentem *ex-
ercit. suarum part. 2. decad. 2. assert. 5. lit. E.*

X. Quod vt discussioni ipsi huius disquisitionis latiori relinqua;
diuersa sunt, vtrum contractus ob pretium minoris rescindatur, &
vtrum de euictione teneatur venditor etiam in causam, quam do-
losè ille subtrahit, sicq; vltra ac ipse rem alij vendidit, quod poste-
rius ex natura euictionis indubitato affirmandum, Prius verò cum
iure Digestorum per omnia decisum non sit, si dolus, fraus abfue-
rit, petendum est ex iure Codicis & *hac nostra l. 2.*

XI. Hoc largimur Cuiacio, si Iuliano credendum, vtilem esse
actionem ex empto, etiam ad distrahendam emptionem *l. ex em-
pto. 11. §. 6. de act. empt.* Verùm quid hæc ad præsens negotium faci-
unt, vbi rescissio non ex pacto adiecto, sed ex causa extrinseca, hoc
est ex *l. ipsa* obtinet, vide *infra.*

XII. Humanum est, inquiunt Impp. nostri; stricto iure aliter
obtinuisse necessè est, & qui non aliter obtinuerit, cum humanitas
hæc extra machinationis vel doli causam iuri digestorum inco-
gnita sit. Atq; ea, quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur,
videntur quasi neglecta, *l. item apud Labeonem. 15. §. hoc edictum. 26.
de iniur.*

XIII. Sic locatio conductio valet vsq; ad vnum nummum. *l. si
quis. 46. ff. locati, l. si quis ante. 10. §. 2. de acquir. possess.* Plures textus
adducit Pinell. *part. 1. n. 4. hinc vt l. item si pretio. 22. §. 3. cum l. seq. & l. si
decem. 52. locati, l. à Dino Pio 5. §. si pignora. 3. de re ind.* tum locum Ci-
ceron. *lib. 3. offic.* Sed quæ omnia hæc nihil vel parum conferunt.
Plura tamen sunt, quæ arguunt aliquid noui hæc nostra lege esse in-
troducendum, de quibus verò infra suo in loco.

XIV. Partes huius nr. constitutionis facio tres, legem, sanctio-
nem

nem & rationē. Legem interpretor ipsam decisionem; sanctionem
eam partem, quæ illam defendit & tuetur; rationem animam legis,
vnde videlicet illa existit. Quæ partes, vti rectè Plato ait, in omni
lege iusta necessaria sunt, & indicantur à Modestino in *l. legis virtus.*
7. à Paulo in *l. quod verò. 14.* & à Iuliano in *l. in his seq. de ll.*

XV. Decisionis capita iterum duo sunt, vnum in eius prælimi-
naribus, alterum in decisione ipsa. Præliminaria consistunt, in
quantitate pretij iusti, in tempore ex quo illa definienda & quod-
nam minus, quodue maius pretium dicatur.

XVI. Pretium dicimus quod datum est pro re emptâ, autore
Varrone ita dictum, quasi pretium à peritis, quod hi solum pos-
sint iustum facere. Vnde Comicus in *Heaut. 1. 1. 12.*

Agrum in his regionibus

Meliorē neq; pretij maioris nemo habet,

& Plinius *lib. 12. c. 7. Pretium in libras sex, alibi Emitur X. I X. id est de-
narijs I X. & 13. c. 1. Pretia à XXXV. ad X. CCC*

XVII. Ad hoc vt iustum sit requiruntur tria: vt consistat in
pecunia numerata, §. *item pretium. 2. inst.* & *l. 1. de contrah. empt.* vt
certum sit, *l. 8. C. h. n. t.* & vt se habeat ad rem, sicuti ipsa se habet
ad illud.

XVIII. Iustum itaq; pretium verum & solidum interpretor, tan-
ti videlicet, quanti ipsa res est? Ita placet. Et ita Imp. & Icti no-
stri verum pretium definerunt: Vlpianus in *l. communi. 7. §. inter
eos. 12. comm. diuid. l. in furti actione. 50. pr. l. si quis. 52. §. si statuliber. 29.
de furt. Pompon. in l. sed si. 31. §. si vir. 4. de donat. inter vir. & vxor.;*
Veram æstimationem Vlpian. in *l. filiusfamilias in fin. de iud. Justin.
in l. ult. §. 1. vers. tali videlicet, C. de litigiosis.;* Iustum pretium Paulus
in *l. item quamuis. 10. §. 2. comm. diuid. Vlpian. in l. si quis. 12. pr. vers.
compelli de relig. & sumpt. fun. l. si res æstimata. 12. §. mulier vers. plane si
de iur. dot. l. 1. §. si quis. 12. & §. & alias. 15. si quid in fraud. patron.;* Mar-
tian. in *l. si fundus. 16. §. fin. de pignor;* Callistratus in *l. non intelligitur, §.
Diui fratres. 5. de iure fisci;* Imperatores nostri in hac *l. n. 2. iustam æ-
stimationem Vlpian. in d. l. 12. §. 6. in fin. de iur. dot.*

XIX. Mouentur illa Harmenopuli *lib. 3. tit. 3. §. 80. ἀριστέφι το
ἀριστοτέρῳ τῆς ἡμίστεως,* secundum quod quoque iudicatum refert
Masuerius ad Ferrariensem in *form. libell. in causa venditionis,* vt so-
lum

66.
lum quod dimidio deest supplendum sit. Verùm cui respondet Mercator. 2. *notar. 13.* ex restitutione textus ex *non. Rom.* vt legatur τὸ ἀριστότερον τῶν τιμῶν & attentâ proportione ibid. innitâ.

XX. Alij, & inter eos Zoarez. *allegat. 21. n. 5.* Simoncell. *de decr. l. 3. tit. 7. fol. 30. n. 12.* distinguunt inter pretiũ læsionis & inter illud quod iustum est; læsionis dicentes, quod est intra dimidium & illud solum supplendum esse, ad hoc vt negotium subsistat, idq; per *l. si res. 12. §. 1. de iur. dot. & l. si voluntate. 8. C. h. n. t.*

XXI. Planè cum eò vsq; partibus se inuicem liceat circumuenire, quod probat *d. l. 2.*, pretium illud non iniustum rectè dici arbitrator. Atqui cum ad iustum restituendus sit læsus hâc *n. l.* restitutio ad dimidium admitti non potest. Lex videlicet, cum illi agendum est, vult omnia iustè & rectè fieri, quamuis homini, cum ille agit, aliqua conniundo non rarò permittat, & hîc vsq; ad dimidium vt saltem aliquis litium esset finis permittit. *Mynsing. cent. 4. obseru. 73. n. fin.*

XXII. Quod ad *d. l. si res. 12. §. 1.* proponitur ibidem duplex circumuentio, vna, quâ circumuenta est mulier vt daret, eaq; ab initio eius §. vsq; ad *vers. enimuero*; altera, quâ circumuenta in æstimationis modo *d. vers. enimuero*. Iam Marcellus quidem dicit esse præstandam æstimationem eam solum quæ facta est; sed loquitur in specie priori, vbi ipse qui perierat seruus restituendus erat, & vbi ideoq; mulier benè consulere tenebatur, quod æstimatus fuerat seruus, siquidem vti pergit, nõ æstimatus procul dubio eius periculo moreretur addit insuper Ictus huius definitionis duas restrictiones: alteram ex Marcello *vers. plane* & alteram ex Scauola *vers. Scauola autem*; verùm in quibus mulier non solum circumuenta apparet vt daret, sed etiam vt minoris æstimaret.

XXIII. Noui nonnullos aliquando substitisse in ijs quæ Mynsingerus hac de re habet *4. obs. 73. n. 6.* Vix puto verba ea tanti Icti, sed vel mendosa esse, vel ex incitia Typographi irrepsisse. Neq; enim venditor dici potest reddere, quod deest rei, neq; emptor, quod deest pretio, sed vterq; restituitur vel ad negotium, vel venditor ad iustum pretium, & emptor ad rem.

XXIV. Ita tamen in Camera Imperiali obseruari, vt restitutio ad iustum pretium fiat, apparet ex infinitis pronunciatis, quæ adiecta

iecta infra ad fin. sub q. quomodo pronunciandum. De decisionibus Parliamentorum Gallicorum attestatur Papon. liure. 6. titre. 3. arrest. 15. Et de Iure Saxon. constat ex constit. Elect: 33. p. 2.

XXV. Vnde iustum pretium æstimandum non minus controvertitur? Et si Iuliano ad sentiendum, ex eo quanti emptorem inuenerit, l. si seruus. 14. ad fin. pr. de condict. furt. l. mortis causa. 18. §. fin. de mert. caus. donat. & l. 1. §. si heres. 16. ad SC. Trebell. quod probare videtur Vlpian. ibidem & probauit Elector Augustus in d. constit. 33. verb: sondern so viel als der Reuffer von einem andern darumb haben kan/ zahlen vnd erlegen sol.

XXVI. Ex aduerso Paulus, Pretia rerum non ex affectu, nec utilitate singulorum, sed communiter funguntur. Nec enim qui filium naturalem possidet, tanto locupletior est, quod eum, si alius possideret, plurimo redempturus fuisset in l. pretia. 63. ad l. Falcid.

XXVII. Ex rei ipsius qualitate & redituum quantitate eadem æstimari volunt Valent. Theod. & Arcad. in l. si quos. 16. C. hoc n. rit. & Callistratus in l. non intelligitur. 3. §. Diui fratres. 5. de iur. fisci, quod probant pleriq; & post illos Gail. de oppign. obs. 18. n. 12. Chemnit. apud Cothman. vol. 3. resp. 50. n. 97.

XXVIII. Hæc sunt, quæ DD. miserè torserunt & eos in diuersissimas partes traxerunt, vti videre est ap. Bart. in d. l. pretia & l. fin. C. de magist. conuen. gl. Cyn. Bl. in hac n. l. 2. Iason. in l. si fundum, de legat. 1. Felin. in c. cum causa de testibus, & alijs per plurimis.

XXIX. Mihi illa contraria planè non videntur; neq; enim de sunt eiusmodi pretiosæ res, quæ plus habent sumptuum quàm fructuum, cuiusmodi speciem exhibet Iustinianus in l. fin. §. fin autem. 4. vers. fin autem legata. C. de bon. qua lib.; neq; non rarò qualitas rerum latet; affectioni verò singulari nihil tribuendum iuxta d. l. pretia. Atqui quæ lex non detestatur affectionem communem, siue omnium, imò redarguit solùm affectionem ipsius possessoris.

XXX. In emptore verò eiusmodi affectio non facile præsumitur, & vt taceam cætera, si subesset, pars eam prætendens non audiretur, iuxta textum notabilem l. 1. §. & aliter videamus. 15. si quid in fraud. patron. Qui tamen ipsius Vlpiani est, in sententiam Iuliani, vti modò ostensum, transeuntis.

XXXI. Licitationi iustæ sua tribuo, & sua qualitati rei quantitiuè,

67.
tatiue fructuum; affectioni verò nihil: sed illis non apparentibus,
petitorum iudicio totum negotium committo. c' est de faire: (iux-
ta ac probè in hunc locum ijs verbis decisum refert Papon. d. tit. 16,
tit. 3. arrest. 15.) *estimer par prend' hommes voisins & experts, & entendus
Particulierement chacune piece, soit de terre, prè, vigne, bois, estanz. l'
arpenter & Mesurer, & quant aux rentes, estimer aussi es fonds, sur lesquels
elle sera deüe.*

XXXII. Hinc illa, de qua etiam attestatur Gail. *de oppign. d. obs.*
18. ex communi Germaniæ consuetudine certa & præscripta æsti-
matio, wie hoch man die Gebew vnd Herrn Gülden/Jtem/das Geiraid
anschlagen sol; Hinc etiam ille vsus apud nos, quod quilibet ferè
pagus habeat suos certos immobilium æstimatores iuratos, nobis
dictos *Werdierers/ Werdierungsleute* / vel quod illi certos & senio-
res in æstimandis ijs rebus, quas vulgò dicunt *Grund vnd Nagelfest*
eligant, qui siue iurati siue iniurati sint, secundum præscriptum
procedere tenentur. Neq; non rarò fit, vt iudex ipse certos æsti-
matores recipiat, qui tamen omninò iurare tenentur, *l. hac edicta-
li. 6. §. illud 1. verb. mobilium verò, C. de secund. nupt. de quibus latius
apud Molinæum in consuetud. Paris. tit. 1. §. 47. gl. 3. n. 7. & seqq.*

XXXIII. Vtrum & iuratoriæ æstimationi in præsentiarum lo-
cus sit, quæritur? Me verò iudice satis superuacaneè; Etenim hîc
non agitur de re exhibenda, vel de ea restituenda, neque enim
versamur in negotio, in quo obtinere posset quæstio: Vtrum do-
lo aduersarij aliquid factum sit, quo minus exhiberi vel restitui
possit, quorum tamen aliquod saltem, vt locus sit iuratoriæ æsti-
mationi necessarium est. *l. 1. 2. §. 3. & passim tot. tit. ff. de in litem iur.*

XXXIV. Quærit Gail. *d. obseru. 18.* quod si fundus sterilis sit &
ex se nullum producat fructum, sed per occasionem aliquam vti-
litatem afferat, an illa utilitas in æstimationem veniat? Idq; affir-
matiuè decidit, per ea, quæ dicta alibi, omnem utilitatem nomine
fructuum venire. Mihi hoc certum est, in æstimationem præsen-
tem, neq; fructus, neq; vllas accessiones alias venire; modò non
empta vendita sit res, in quam & accessiones veniunt, *l. item veni-
unt. 20. de hered. petit. neue accessiones illæ simul cum re ipsa iure
actionis petantur. Quo casu obtineret regula: Quod quæ princi-
paliter sunt in conuentione, etiam veniant in æstimationem, se-
cundum*

B

cundum

rundum quod nuperè pronunciatum memini ab incluto Ictorum
huius Academiae consilio in causa ardua Comit. B. contra Comi-
tem M.

XXXV. Similiter circa contractum pecuniarium quæsitum
memini, vtrumne læsio rectè æstimaretur ex futura incertaq; vsura-
rum adiudicatione? Quodq; primo aspectu dicendum videbatur,
certi enim hodiè nobis sunt quincunces, per cõstitutionem Caro-
linam Augustan. de anno 1548. tit. Von wucherlichen Contracten/ S.
vnd nach dem/verb. so solten mit 100. fl. Hauptgeldes/nit mehr dann 5. fl.
Zärlicher Gùlden. / wie gebreuchlich gefaufft werden / de quibus in l.
cum quidam. 17. de vsur. l. tutor. 7. S. quæ autem in fin. de administ. & peric.
tutor. Cæterùm cum adhuc sub iudice lis esset, & de creditoris ani-
mo, vtrum leuioribus vel leuissimis esset contentus, vel vtrum il-
las planè remisisset, nondum satis constaret, cum tamen remissio
etiam tacita facilè præsumatur, l. cum quidam. S. Diuus Pius de vsur.
l. vir vsuras. 54. de donat. inter vir. & vxor. tutius existimabatur pro-
re nata in æstimatione ineunda, eiusmodi vsurarum adiudicanda-
rum non habere rationem; Etenim &

XXXVI. TEMPVS in ineunda ratione læsionis inspicimus, quod
est venditionis, l. si voluntate. 8. verb. quod fuerat tempore venditionis, C.
hoc nr. tit. l. 2. vbi Iohan. de Platea notat. 5. C. de prad. & oner. nauicul.
Gl. & DD. in c. cum causa de testib. l. 4. S. Diui de iure fisci. Ripa de Peste
part. vlt. n. 257. Decius consil. 308. n. 2. Socin. vol. 4. consil. 18. n. 3. Paris.
vol. 2. consil. 128. n. 35.

XXXVII. Proinde neq; augmentum neq; decrementum rei
hïc in considerationem venire potest, sicuti nec euictio augetur,
si res facta sit preciosior, nec minuitur, si deterior efficiatur. l. ex
nullo, S. quæsitum, ff. de euict. Guido Pap. decis. 157. per tot. & Rabot.
in not. ibid.

XXXIIX. Sunt tamen qui illud declarant, vt non procedat,
quoad tempus, vti loquuntur, instantaneum, sed sufficere volunt vt
probetur modò antè & modò post contractum celebratum ita va-
luisse: Angel. in l. in lege Falcidia non est obseruandum, S. 1. ff. ad l. Falcid.
Bart. in l. seruus in pr. de condict. furt. Matth. de Afflict. decis. 316. nu. 6.
Sed quæ declaratio iuri planè incognita est, neq; etiam satis tuta,
cum

08.
cùm pretia rerum & de hora in horam mutantur. *l. quarta, ff. de eo quod certo loco l. pretiarerum ad l. Falcid.*

XXXIX. Immo cum emptionis venditionis contractus eo ipso perficiatur, quo de pretio numerando & de re tradenda conuenit inter contrahentes; in tantum tempus contractus inspiciendum existimo, vt tempori traditionis siue executionis negotij hic nihil tribuendum sit. Neq; enim hæc eiusmodi sunt vt negotio legem aliquam dare, multo minus illud declarare vel definire possint.

XL. Collata verò ea est in certum locum & tempus? Videtur aliquid dandum placitis conuentis, *arg. l. contraxisse. 21. de O. & A. Panor. in c. in ciuitate nu. 3. de usur. Decius consil. 111. Pinell. part. 2. c. 4. num. 16.*

XLI. Nescio cui bono illa cedant, quæ de incremento vel decremento monetarum circa contractum pecuniarium mouentur? Siquidem præter ea, quæ hætenus dicta sunt, moneta solùm tempore mutatur. vt habeat, quod sibi imputet, qui maturius in res suas fortè non inuigilauit: Tùm in causa pecuniaria non augetur, tam ipsa quantitas, quàm augentur ipsa corpora iuxta *l. eum qui de reb. creditis*. Sed quæ res dependet ex ipsa conuentione partium.

XLII. Emptor eo ipso, quo illi res traditur incidit in thesaurum, & sic duplo plus accipit? Constat thesaurum neq; partem rei esse, neq; se habere posse quasi sit accessio eiusdem: Certè quæ dominum non habent, fiunt occupantis. *l. nunquã nuda, §. 1. de acquir. rerum dom. §. 12. inst. de R. D.* Inuenit etiam emptor in suo, vt ille eum meritò sequatur. *§. thesaurus. 39. inst. d. t.*

XLIII. Sequitur quodnam pretium maius, quod uic minus sit. De hoc Impp. nostri; *Minus autem*, inquit, pretium esse videtur, si nec dimidia pars veri precij soluta sit, in hac nr. *l. 2. & in l. 8. seq. nisi minus dimidia iusti precij & c. ad fin. de quo latius Anchor. in c. accessorium, de R. I. in 6. Gozadin. in l. 2. n. 155. C. de pact. int. empt. & vendit. Iason. vol. 4. consil. 133. Castrenf. vol. 1. consil. 174. Ruin. vol. 4. consil. 16. n. 5. & consil. 66. n. 9. Cacheran. decision. 42. n. 9. Riminal. Iun. vol. 2. consil. 218. n. 16.*

XLIV. Marpurgenses vocant modicum *vol. 3. consil. 18. n. 211. & seqq.*; Barbatia in *c. ad nostram de empt. & vendit.* paruum & immoderatum; Bartolus in *l. societatem. 76. versic. arbitrorum n. 25. pro socio. &*



Mascardus *de probat. conclus.* 447. n. 7. admodum tenue; alij perexiguum, minimum, vilissimum.

XLV. Maius pretium in hac nostra constitutione expressè non est definitum, & meminerunt illius solum Impp. primis verbis *rem maioris pretij*. Quidnam verò sit, ex natura oppositorum facile apparet, videlicet cui res empta neq; pro dimidiâ parte respondet.

XLVI. Putat tamen Bartol. *in d. l. societatem. 76. vers. arbitrorum n. 25. pro socio*. quod si quis per alium contraxerit, puta dominus per procuratorem non habentem mandatum, de quo etiam Socinus *regula. 226. 436.* vel per alium pretium statutum sit; & in sexta parte læsum, habere beneficium huius nr. *l. 2. per eand. l. societatem. 76. l. unde si Nerua. 79. & l. quidenim. 80. pro socio.*

XLVII. In *l. 76. Nerua* constituit, vt alter ex triente, alter ex besse socius esset, *in l. 80.* similiter, vt alter ex millesima parte, alter ex duabus millesimis partibus: si sex partes fiant, fateor vtrâq; in specie alterum læsum esse in sexta parte. Addit verò Paulus *in d. l. 79.* hanc Neruæ iniquitatem corrigi debere, per iudicium bonæ fidei. Hoc iudicium interpretatur Bartol. per illud quod datur ex *hac nr. l. 2.*

XLIIIX. Sed quænam quæso eius coniecturæ vestigia inveniuntur. Proculus Ictus iudicium bonæ fidei interpretatur per actionem pro socio *in l. veluti. 78. d. t.* Lex etiam societatis hæc est, vt si non fuerint partes societati adiectæ, eæ æquæ constituentur, *l. si non fuerint. 29. pr. eod.* Quænam necessitas nos cogere potest, vt refugiamus hîc in speciebus propositis ad hoc nostrum beneficium humanitatis.

XLIX. Hæc q; de arbitrio boni viri; si ex compromisso ad arbitrium itum est, læso salua sunt beneficia reductionis. Quibus si vsus non fuerit in illis speciebus, me iudice per hoc nr. beneficium difficulter obtineret.

L. De procuratore quæ tradiderunt, vel intelligunt, de procuratore habente mandatum, vel non habente, quem innuit Bart. *d. loco ad fin. d. n. 25.* Atqui eius qui mandatum habet, factum dominus præstare tenetur, æquè ac si ipse gessisset; *c. 1. & 2. de Confess. l. 2. §. fin. Quando appellandum l. 3. vbi Salic. C. eod.* Ille verò, qui falsus procurator existit, qualis etiam is est, qui mandati fines egreditur
l. & in

69.
l. & in causa. 20. et l. si puerum in C. de procurat. c. cum olim. 32. de off. deleg. et dominum planè non ligat. l. 1. pr. l. sed & ha. 35. ff. v. d. m.

LI. Succedunt illi, qui pretium, vtrum modicum sit nec ne iudicis arbitrio committunt, quibus suffragantur Tiraq. *in l. si unquam verb. omnia n. 31. C. de reuoc. donat.* Menoch. 2. *arbitr. quest. 217. n. 4. & seq.* Bart. *vol. 2. consil. 236. n. 4.* Barbat. *vol. 1. consil. 51. col. 2. & nouissimè Marpurgenses vol. 3. consil. 18. n. 213.*

LII. Cæterum quorum opinionem procedere existimo, non tam in æstimatione, vti loquuntur, modicitatis, quàm ipsius rei vel pretij.

LIII. Etenim cum de pretio vel re constat, facilè apparebit de læsione; Pretium verò & res æstimanda sunt habità ratione, vti positum in præcedentibus omnium circumstantiarum, quæ rem minoris vel maioris faciunt, & pretium augent diminuuntue.

LIV. Ita illud minoris factum dicimus, si emptor omne periculum in se suscepit; venditorem ab obligatione vacuæ possessionis tradendæ, liberauit; cum tamen & alijs eam rem obligatam & ab alijs occupari constaret, *arg. l. fundi partem. 79. de contrah. empt. l. si venditor. 6. §. 1. in fin. de seru. export.*

LV. De quo quandoq; nemo dubitare possit; (Nemo enim dubitat, vt verbis dexterrimi Icti Fabri vtar, tantò minoris rem esse, quantò difficulter futura est eius fruitio & persecutio, cuius euentus plerumq; incertus est, nec sine sumptu *l. quod debetur. 51. de pecul. l. minor. 40. pr. iuncta l. minoribus. 6. ff. de minor.*) Locum hunc concludo cum triplici axioma: Pro parte pretij haberi, quicquid emptoris causam præter solita ex placito conuento contrahentium facit duriolem; *d. l. fundi partem. 79. de contrah. empt.* quicquid habetur pro parte pretij, rem minoris constituere, (eo minor enim fit, quo pretium redditur maius) & Quicquid ex lege conuentionis emptorem in duriori causa constituit ei prodesse ad pretij diminutionem.

LVI. Sic ideoq; cum quis vendidit quicquid iuris habuit, habiturusue esset, dico imputandum esse in pretium, quicquid emptor in eam rem impendit, *l. quod si nulla. 8. & l. nam hoc. 11. de hered. vel act. vend.* modò non emerit suo periculo. Etenim & ita quidem impensæ post emptionem factæ facerent rem pretiosorem, sed ex post facto.

LVII. Prodest emptori ad pactum; dimittitur quicquid aliquid præstat ad adimenda onera rei venditæ, neq; enim liberum rei dominium prius habere potest, quàm illa onere suo fuerit liberata *arg. l. alienatio. 67. de contrah. empt. l. 1. §. cum prædium de pign.*

LIIIX. Non audiendum existimaui venditorem, qui post difficultates illas ab emptore superatas, cum hîc multò maiori pretio alij iterum vendidisset, volebat emptionem eo prætextu quasi rem minoris distraxisset rescindere. Neq; enim factum & industria emptoris quid conferre possunt venditori; inspicimus teum valorem, qui tempore contractus fuit; *d. l. 8. C. hîc, & potest esse, vt emptor alij pluris (neq; tamen maioris) vendiderit ex stultitia ipsius. l. 3. ad l. Falgid. Pretium autem non tam ex re quàm lege conventionis percipitur, l. venditor. 21. de hered. vel act. vend.*

LIX. Pactum de retrouendendo æstimandum esse omnes consentiunt, neq; aliter possunt, res enim hoc minoris venisse videtur. *arg. d. l. si venditor. 6. §. 1. ad fin. de seru. export. & d. l. fundi partem. 75. de contrah. empt. Cagnol. in repet. huius nr. l. 2. n. 16. & 36. Abb. & DD. in c. ad nostram de empt. vend. Socin. lib. 2. consil. 248. in fin. & lib. 4. consil. 57. Paris. lib. 2. consil. 83. n. 37. Ruin. lib. 4. consil. 66. n. 9. Tiraquell. de retraiet. lignag. in præfat. n. 27. Quanti æstimandum sit, summo perè controuertitur? Placuit tamen communiter vt res, quæ aliàs centum valeret, propter pretium illud æstimaretur solum septuaginta. Ioseph. Ludovic. Perusin. part. 2. decis. 97. nu. 6. & seq. Postlatè illic relatos & post plurimos Tiraquell. in præfat. ad tract. de retraiet. conuent. nu. 40. quem vide. dissentit tamen Guido Pap. decis. 116.*

LX. Cum verò ostensum sit supra hæc omnia definienda esse ex lege cõventionis: placet & illa, & hæc de pacto de retrouendendo dicta omninò accipere iuxta ac in continenti aliquid interuenerit; Ea enim demum inesse videntur, quæ in continenti fiunt, *arg. l. iurisgentium. 7. §. quin imò de pactis, l. lecta. 40. de reb. cred. & quod ex interuallo sequitur, magis ex liberalitate emptoris factum videtur, quàm vt pretij partem constituat, arg. l. donare. 29. de donat. l. donari. 82. de R. I.*

LXI. Accedo ad ipsam decisionem: in quâ considerandum existimo, I. quibus, II. in quibus causis, III. quibus in rebus, IV. quo-

quomodo, V. in quem finem illa data, qui VI. eius effectus sit, & quanam VII. illi sint contraria. Hæc enim omnia hac nr. constit. definita esse video.

LXII. Datum adfero hoc nostrum beneficium ijs, quibus nullâ aliâ lege prospectum erat. Quod non obscure indicant Impp. nostri in verb. *humanum est*. Neq; enim humanitatis dici possunt, quæ antè iure obtinuerunt, *arg. l. humanitatis. C. de impub. & al. subst.*

LXIII. Non datur igitur dolosè circumuentis, non minorennibus, non metu ad contrahendum inductis: etenim illis omnibus, vel ipso iure, vel à prætore saltem satis prospectum est, per eius edictum, vti passim & alibi videre licet.

LXIV. Sic ideoq; non placet Faber. *definit. 16. hic.* adferens etiam inter maiores locum esse rescissioni huic, licet læsio non sit immodica, modo cum illa, quæ ad immodicam proximè accedit, concurrat metus, qui cadit in constantem virum.

LXV. Quia verò hæc rescissio cum dolo nihil communicat, neq; aliqua famosa eam comitari possunt; & quia vti in seqq. videre est, solum rem persequitur; facilis est illatio beneficium huius nr. constit. transire in & ad heredes quosuis, *l. ex contractibus. 49. de O. & A. l. 44. l. hoc iure. 152. §. ult. de R. I. l. 14. §. 2. quod met. caus. §. non autem inst. de perp. & temp. act.*

LXVI. Quod iterum exprimunt Impp. nostri verb. *situ vel pater tuus*: Patrem intelligentes omnem prædecessorem ex linea ascendenti. Vbi addendum hoc: quod actiones semel factæ transitoria, transeant quoad durant in infinitum.

LXVII. Quid de successoribus collateralibus? Sanè sequuntur heredem omnia iura, onera, commoda & incommoda. *l. hereditas, de R. I. l. nihil aliud. de V. S.* Quæ ratio nos mouere possit, vt ijs denegaremus, quæ humanitas vt omnibus prospicerent introduxit.

LXVIII. Addunt autem Impp. nostri, *maioris distraxerit*, vt indubitato concludamus beneficium *huius nr. constit.* dari venditori quod etiam extra controuersiam esse existimo.

LXIX. Emptori illud denegat Cuiac. *16. obseru. c. 18.* & post eum Merc. *2. notar. c. 13.* Quod videlicet in maiorem fraudem venditorum

rem



rem inducat necelsitas, emptorem autem cæca cupiditas & stultitia, l. 3. ad l. Falcid. Stultis autem subueniri non solet. l. pen. S. penult. de iur. & fact. ignor.

LXX. Hoc per superiora in aperto est, pretia rerum & sapientissimum fallere posse vt non statim stultè agat emptor, qui in ijs æstimandis fallitur; neq; certè æstimatio eorundem in iure conceptis verbis definita, sed vt dictum per circumstantias primùm definienda est, vt parum probè d. l. penult. adducta videatur.

LXXI. Et quamuis concedam stultè agere eum, qui immenso & impenso pretio emit iuxta d. l. 3. pr. ad l. Falcid. ita enim Plinius in Epistolis: *Malam, ait, emptionem semper ingratham esse, eò maximè quod exprobare stultitiam domino videatur, & eleg. Seneca 50. contro- uersiar: non possum domum habere, nisi hanc emero, nulla alia uenalis est. Et hanc occasionem, addit, videt venditor, & premit, non tamen hanc emptionem rescindet, alioquin in infinitum calumnia excedet.* Attamen quid quæso stultius accidere potest, quàm cum venditor scire saltem debens pretium rerum suarum, patitur in eo se immodicè circumueniri. Neq; enim inanibus immorari sinatur obiectis, vt vires locorum sibimet causetur incognitas, qui familiaris rei scire vires vel merita atq; emolumenta ante debuerat. l. quisquis. 15. C. hoc nr. tit.

LXXII. Necessitas insuper nulla est, quæ distractionem rei iustam impediatur tot. tit. ff. & C. de distract. pignor. tit. ff. de cess. bon. & C. quibon. cedere poss. tit. ff. de reb. autor. ind. possid. & alijs similibus, & illa igitur non poterit stultitiam venditoris purgare.

LXXIII. Quid quod vtriusq; eadem ratio sit, & idem igitur ius; l. fin. C. de indict. viduit. toll. Et sicuti emptor viliori comparandi, ita venditor cariore distrahendi votum gerens ad hunc contractum accedat d. l. si voluntate. 8. C. hic.; Tanta etiam inter emptorem & venditorem sit affinitas, vt non solum veteres venditoris verbo quoq; emptorem comprehenderit, l. veteres. de act. empt. sed & recentiores idem non rarò fecisse videamus.

LXXIV. Atque ita obtinet hoc nr. beneficium in contractu emptionis venditionis, quod & obseruatur in Camera Impèriali, per ea, quæ habet Gail. 2. obseru. 70. n. 1. & Mynsing. 4. obseru. 73. & probatur infra ex pronunciatibus eius iudicij; licet Papo. suprad. loco atteste-

71.
attestetur, que l'on au Parlement de Paris à Suiuij l'opinion de
feu le grand & admirable IC. M. Cuias.

LXXV. Quia verò bono & æquo non conuenit, aut lucrari ali-
quem cum damno alterius, aut damnū sentire per alterius lucrum,
*l. iure. 6. §. fin. de iur. dot. l. 3. C. commun. utriusq; iud. l. 3. C. ex quib. caus.
maior.* quæ æquitas vt maximè ponderari debet in contractibus
bonæ f. : *l. 3. §. fin. l. fin. pro socio. l. 8. C. hic.* Et quia beneficium hoc
humanitatis est, quæ non minus in negotijs strictis atq; bonæ f. est
attendenda: Bald. *in l. humanitatis n. 14. C. de impub. & al. subst.* Illud
ab omnibus in contractibus bonæ fidei, & à sanioribus in contra-
ctibus stricti iuris iure receptum esse adsero.

LXXVI. In permutatione: Etenim illa est emptioni venditio-
ni simillima, *l. 2. de rerum permut. & eorum qui permutarunt vterq;
emptoris & venditoris loco habetur. l. sciendum. §. deinde. de edil.
edict. arg. l. 1. §. 12. si quid in fraud. patron.*

LXXVII. In diuisione: Est enim quædam permutatio; *l. 77. in
pr. & §. 18. de leg. 2. l. 2. C. commun. utriusq; iud. l. si filia. 20. §. si pater. 3. famil.
ercisc.* Non obtinet tamen in ea, quæ sorte aut electione facta est,
vbi cum par vtriusq; sit ratio, neuter lædi videtur, *l. 12. C. de inoff. test.
in tantum vt & omnis restitutio in integrum cesset. l. 11. §. 3. & seqq.
de minor.*

LXXIIX. In datione in solutum: quippe similis est venditioni
& eius vicem obtinet. *l. si prædium. C. de euict. l. fin. quib. ex caus. in poss.
eatur, l. eleganter. de pignor. act. Natta vol. 1. cons. 207. n. 2.*

LXXIX. In locatione conductione: Namq; continetur iisdem
regulis iuris, quibus emptio venditio, *l. 2. ff. locat. Fac. l. si olei. 21. C.
locati, l. 14. de usur. l. 1. §. si quis. 12. & seqq. si quid in fraud. patron.* Neq;
aliud agit, qui fundum locat, quàm quod fructus vendat *l. 29. loca-
ti. arg. §. 1. inst. eod. Connan. 7. comm. c. 11. Robert. 2. animaduers. 14.
& 2. not. ad not. Mercat. 14. Dissent. tamen Cuiac. d. 16. obs. 18. &*

LXXX. Nonnulli illud restringunt, ne obtineat in locatione
operarum? Atqui & hæc locatio est; officium verò nemini debet
esse damnosum; *l. sed si quis quemad. test. aper.* Tùm & operarum æsti-
matio aliqua est, *per vulgar.*

LXXXI. Alij volunt illud solùm procedere quousq; locatio
conductio non fuerit finita? Verùm licet ipsa locatio conductione

C

finia-

finiatur, læsio tamen residet, vt omninò adfentiã Pinell. p. 2. c. 1. n. 19.
LXXXII. A locatione conductione infero ad Emphyteusin. Et illa enim quoq; locatio conductione est. In feudo autem distinguo, vtrum obuenerit ex liberalitate domini, hoc est proprium sit, 1. Feud. 27. vtrum verò obtineat ex causa empti vel alia aliqua onerosa, quamuis diff. Sonsbec. p. 2. n. 7. de Feud.

LXXXIII. In non onerosis beneficium hoc nostrum non procedit, siquidem constitutio hæc nostra loquitur de emptione venditione, qui contractus onerosus est. Extensio autem non potest fieri nisi ad casum similem, arg. l. à Titio, de V. O. l. illud. 32. ad l. Aquil. l. 1. de calumn. l. naturaliter. 12. §. 1. de acquir. poss. Accedit quod duæ causæ lucratiuæ de iure non concurrant; §. 6. inst. de legat. l. 18. de O. & A. l. vn. §. lucratiuas. C. de impon. lucr. des. & sunt plurima alia de quibus Maranth. consil. 83. n. 3. 4. & latè seqq.

LXXXIV. Nulla proinde donatio, nulla liberatio gratuita ex causa immodicæ læsionis rescinditur, non à parte donantis, quippe donare nihil aliud est, quàm vtrò perdere, l. filiusfamilias. 7. de donat. l. Campanus. 47. de oper. libert. vt necesse sit, eum vel semper lædi vel nunquam lædi: l. cum donationis. 34. C. de transact. non à parte donatarij; siquidem læsum se dicere non potest, qui lucratur. Gratuita autem liberatio donationis species quædam est. l. donari. 38. de donat. l. donari. 81. de R. I.

LXXXV. Dotis causa controuertitur? Constat eam definitam esse ex æquo & bono; l. eas obligationes. 8. de cap. diminut. bono & æquo autem non conuenit lucrari aliquem cum damno alterius aut damnum sentire per alterius lucrum. l. 6. §. fin. de iur. dot. Vt omninò probem eorum opinionem, qui etiam ob qualemcunq; læsionem restitutionem in causa dotis concedunt, id quod prob. l. si res. 12. §. 1. l. iure succursum. 6. l. 7. l. si mulier. 13. de iur. dot.

LXXXVI. Circa transactionem acerrimè Dd. digladiantur, adeò vt hæc res iustam dissertationem nobis exhibere possit? Negant per plures, per plures etiam adfirmant, quorum Catalogum longum exhibuit Cothman. consil. 53. vbi & ipse latissimè hanc quæst. disputat. Alij distinguunt & inter eos Euerh. Jun. p. 2. consil. 24. n. 83. Vtrum transactio interposita sit super negotio stricti iuris, vtrum verò super negotio b. f.

72

LXXXVII. Sanè distinctio hæc per ea quæ superius dicta superuacanea videtur. Quid obstat verò quo minus ei qui transigendo læsus est, hoc beneficium concedamus. Siquidem humanum est & ei succurrere.

LXXXVIII. Hoc vnicè mordet, tempore contractus nulla fuisse certa, omnia dubia, propter incertitudinem autem euentus multa admitti, quæ aliàs non admittuntur. *l. 3. de pact. l. 11. C. de transact.* Atqui ex æstimatione iuris, quod habuit pars tempore transactionis, de læsione facile constabit, quod æstimari posse saltem probat *l. si superstite. 5. C. de dol. mal.*; neq; verò non semper dubij euentus æstimatio non est. *l. propter spem. 23. famil. ercisc.*

LXXXIX. Adfirmat cum nobis Mynsing. *cent. 1. obs. 33.* Negat verò Gail. *2. obs. 70.* Hoc miserum Pragmaticorum tormentum. Distinguunt verò alij, idq; quantum videre licuit ex Philipp. Corn. *vol. 1. consil. 166. & 189. & lib. 4. consil. 27.* inter læsionem vltra dimidium in modico & illam quæ est vltra dimidium magno & longo excessu, inter quos sunt Antoni. Gabr. *lib. 3. comun. opin. tit. de empt. & vendit. n. 69.* Laurent. Kirchou. *commun. opin. conclus. 1. n. 69.*

XC. Quibus fortè pro re nata aliquid tribuendum; sed & in priori distinctionis parte ex æquitate summa hoc nr. beneficium in summis Hispaniæ, Galliæ, aliorumq; locorum curijs receptum esse, attestantur Anton. de Padill. *in hac nr. l. 2. nu. 23.* Franc. Cald. *in l. si curatorem verb. læsis n. 153. circa fin. C. de integ. rest. minor.* Rebuff. *ad constit. Reg. lib. 2. tit. de resciss. contract. artic. vnic. gl. 15. n. 18.* Costal. *in l. in summa de condict. indebiti.* atq; ita per ordinationem Regni de anno 1564. constitutum esse Papon. *lib. 16. tit. 5. arrest. 6.* Ita quoq; meminì pronunciatum ab Amplissimo huius loci consilio iuridico in suprad. causa C. B. contra C. M.

XCI. Quæsitum insuper meminì de causa delegationis? Occurrebat autem illud Pauli, *quia bonum nomen facit creditor, qui admittit debitorem in l. inter causas. 26. §. abesse. 2. mandat.* Si benè agit, utiq; læsus dici non potest. Accedit quod qui alium debitorem substituit, licet pauper ille sit, iure communi vtatur. *l. 1. de Nonat.* Minori specialiter indultum esse constat vt restituatur propter ætatem *l. patri. 27. §. penult. de minor.* necesse est vt aliud receptum sit in maiore. Sanè si is dolo vel falsâ persuasionem inductus erit, vel ex

causa doli, vel ex clausula, si qua mihi iusta causa videbitur, ei succurrendum omninò existimo. *l. ne ex dolo. 12. ff. de dolo.*

XCII. Hoc in aperto est, rectè petitum esse, vt celsio, quæ fortè ex causa præsentis læsionis descendebat rescinderetur. Quippe celsio ita facta vel emptio venditio est, vel saltem ei similis. *l. naturalis. 5. §. 1. de præscript. verb. iunct. l. ult. de condiçt. causa data caus. non sequunt.* Atque additum erat, ne teneretur venditor de euicitione? Mouebantur ea, quæ data suprâ circa venditionem omnium iurium in itam eâ lege, vt periculum esset penes emptorem, sed quæ venditorem vix ligabunt, nisi admittere velimus, quod fraus fiat legi vel æquitati, contra *l. 5. §. si pupillus. de reb. eorum qui sub tut. l. scire oportet. 21. §. 1. de tut. & curat. dat.*

XCIII. Quæ de emptione venditione posui in dubium vocantur, in ea quæ facta cum decreto iudicis? Placent qui distinguunt inter decretum, quod simpliciter interuenit, vel tantum interpositum quoad causas alienandi, & illud quod inrerpositum circa æstimationem ipsius rei cum causæ iusta cognitione: vt posteriõri hoc casu constitutio hæc nostra non, obtineat verò casu priori. vide Panormit. *in c. cum causa n. 6. de empt. vendit.* Menoch. *2. presumpt. 75. nu. 34.* Gomez. *de contract. c. 2. n. 22.* Pinell. *hic p. 2. c. 2. n. 21.*

XCIV. Circa venditiones publicas, quæ sub hasta fieri solent, mouetur primò, quod illas seruari publicè interfit; *l. ait Prator. 7. §. quesitum. 8. de minor.* Secundò quod nemo ratione illarum ad euicitionem obligetur; *l. 1. & tot. tit. C. credit. euic. pign. non debere.* Tertiò quod vix sciri possit, quodnam sit iustum pretium ex communi hominum opinione æstimandum, quomodo illud æstimandum esse liquet ex ijs, quæ superiùs dicta sunt, de quo latiùs Faber in error. Pragmat. Sequor nihilominus Valent. Theod. & Arcad. *in l. si quos. 16. C. hoc nr. tit.*

XCv. Res subsunt huic constitutioni omnes, quæ in commercio nostro sunt, quæq; pretio æstimari possunt, quod indicant Impp. nostri verb. *Rem maioris pretij verb. vel pretium te & verb. iusto pretio in d. hac nr. l. 2. & passim, tum in l. 8. verb. post pretij quantitatis & verbis dimidia iusti pretij. C. eod. tit.*

XCvi. Non ideoque beneficia Ecclesiastica, quæ diuinis vsibus interuire debent; nec vlla locatio conductio earum rerum, quæ

73.
quæ uti ait ICtus, pretio nummario æstimandæ non sunt. Quod in tantum verum arbitror, ut neq; propter permutationem earundem læsio aliqua, licet enormissima sit, cum effectu allegari queat. neq; enim contrahentes causam à se inuicem, sed eam haberent ab ipso, qui beneficia eiusmodi locare solet: Iunge Couarru. 2. var. resol. 5. n. 5. quamuis dissentire videatur Pinell. hoc tr. p. 1. c. 3. n. 16.

XCVII. Inquiunt Impp. in d. nr. l. 2. fundum venundatum & in d. l. 8. C. eod. si voluntate tuâ fundum, demonstrantes, si adsentendum Cuiac. 16. obs. 18. in fin. Mercator. 2. notar. 12. beneficium hoc solum datum esse ob res immobiles. Quod quidem latius apud illos vide, & ita in Parlamento Parisiensi decisum esse apud Papon. sup. d. libr. 6. tit. 3. arrest. 15.

XCVIII. Mihi, cum res mobiles non minus frequenter distrahantur ac immobiles; earum pretium non minus latere possit, quàm rerum immobilium; & in rebus mobilibus æquè possit accedere læsio ac in immobilibus; inter illas, quoad hoc negotium distinguendum esse planè non videtur, quod etiam nouimus probasse Robertum 2. animad. 12. & hodie in foro obseruari.

XCIX. Distinguit similiter Cuiac. & post illum Mercator, inter res mobiles pretiosas & illas, quæ viliores sunt? Verùm nec huic loco distinctio illa videtur conuenire, uti nec vlli conuenit, vbi de remedijs rescissorijs agitur.

C. Hoc certum esse existimo, quod sicuti rem minimam Prætor edicto suo comprehendere noluit, l. 4. de rest. in integ. l. 10. 11. 12. ff. de dolo, ita etiam ob illam hoc beneficium frustra implorari. Res enim bona fide empta, propter minimam causam inempta fieri non debet. l. res. 54. de contrah. empt.

CI. Conceptum est hoc nr. beneficium alternatiuè, sicuti verba sonant: ut vel pretium te restituyente emptoribus, fundum venundatum recipias; vel si emptor elegerit, quod deest in isto pretio, recipias.

CII. Hinc differt ab omnibus beneficijs rescindentibus, quæ negotium ita præparant, ut rescissoriæ locus sit, de quibus in §. rursus. 5. inst. de act. & l. 1. ff. ex quib. caus. maior. l. ult. C. de tempor. in integr. restit. Illud verò aliquando rescindit, aliquando supplet, conuallidat, corroborat negotium quod gestum erat.

CIII. Differt inde etiam ab omnibus cæteris negotijs confinibus,

bus, quibus hoc agi solet, vt emptio venditio, vti & ceteri contractus annihilentur:

CIV. A iure retractus siue protimiseos, prælationis, prærogatiuæ, vulgò *Vorkauff* oder *Nehergeltung*/de quo in constit. Frid. Imp. speciali addita libris feudor.; A pacto de retrouendendo, quod Galli vocant de pacto remere ou facultè de reachapt, von *Widerkauff*/de quo in l. 2. C. de pact. inter emptor. & vendit. Ab additione in diem, lege commissoria, de quibus in titulis ff. orū ad hoc specialibus, de in diem addict. & de lege commissoria; Et, vt propius accedam, à rescissione negotij dotalis ob læsionem etiam modicam, de qua supra & plurimis alijs, de quibus passim.

CV. Audiuimus datam esse emptoribus electionem ab Imp. nostris, quod etiam repetitur in sæpèd. l. 8. C. eod. tit. verb. final. electione iam emptori præstita seruanda. Plus ideoq; petit, qui alterutrum petit. §. si quis agens. 33. vers. plus autem Inst. de action. l. 34. §. penult. de contrah. empt. l. plerumq;. 10. §. ult. de iur. dot. Atqui præstatione vnus liberabitur conuentus quoq; ab altero. l. 3. pr. de eo quod certo loco. l. si duo, de V. O. l. illud aut illud de constit. pecun. l. si illud aut illud de leg. 2. l. si ex toto. §. 1. de leg. 1. l. 10. §. fin. de iur. dot. l. 34. §. 6. de iurei. l. 1. §. 1. de pos. d. l. 34. §. 6. de contrah. empt. l. 7. §. 5. de donat. int. vir. & vxor. l. 6. §. 1. de iur. patron. l. 6. §. 1. de re iudic. l. quis de solut. l. 10. de condict. indeb. c. in alternatiuis, de R. I. vbi Dd.

CVI. Sunt tamen casus, quibus licet emptor supplere velit pretium, ille non auditur. Quod obtinere volunt in eo, qui minoris emit à Prælato vel alio eiusdem conditionis gl. in l. penult. verb. possessionem. C. si ex vend. pign. ag. Bald. in c. 1. in fin. qui succedere ten. & indistinctè procedit, vbi ipsa emptio venditio satis iustè non est interposita; siq; in venditione pignoris facta per creditorem non solemniter in fraudem debitoris, sed de quo latius ap. gl. eand. & Bald. d. loco. & quæ hîc pro ratione instituti admonuisse sufficiat.

CVII. Sic etiam cùm enormissimæ læsioni dolus vix abesse possit, Dd. in l. si quis cum aliter de V. O. Dec. consil. 180. n. 3. & 7. qui nemini patrocinari debet, electionem supplendi pretij emptori in eiusmodi læsione communiter denegant, arg. l. si dolo. C. hoc nr. tit. l. eleganter. 7. pr. ff. de dolo, l. nullo. 24. C. de R. V.

CVIII. Elegerat emptor supplere pretium, mox prouocabat
ad

74.

ad rescissionem? Distinguendum existimabam, vtrumne res adhuc integra, vtrum verò post electionem quid subinsecutum esset, & priori casu prouocantem audiendum esse, posteriori verò non item *arg. l. apud Ausfidium. 20. de opt. & elect. legat. l. si sterilis. 21. §. fin. de act. empt. & arg. illorum quæ in simili trad. Peck. de testam. coniug. lib. 1. c. 32. n. 7. & post eum Moller. in semestrib. lib. 1. c. 15. n. 4. tum Gail. 1. obs. 60. n. 4.*

CIX. Quæ de emptore dicta & procedunt in venditore, quæq; de venditore, similiter in emptore; sicq; etiam in cæteris contractibus, in quibus hoc beneficium obtinet, vtriusq; partis habenda est ratio. Vtriusq; enim bono *hac nostra constitutio introducta est*, ad succurrendum videl. parti illi, quæ fortè immodicè læsa erat; quod innuunt Impp. nostri verb. *Rem maioris pretij, si tu vel pater tuus minoris distraxerit in hac nr. l. 2. & in l. 8. verb. nisi minus dimidia iusti pretij. C. eod.*

CX. Scilicet sicut modicam circumventionem iura permiserunt, per ea quæ in hunc locum dicta supra; ita immodicæ remedium adhibere omninò voluerunt.

CXI. Vnde verò hoc est, vt quotiescunq; de læsione certè non constet, neq; locus huic nostræ constitutioni esse possit: & licet, illâ læsione videlicet apparente, ab initio non rarò obtineat, fiat tamen aliquando, vt vitio purgato eadem cesset.

CXII. Non procedit ideoq; in re incerta vt in iactu retis, *l. nec emptio. de contrah. empt. l. cum hereditate, de hered. vel act. vend. l. emptorem, & l. si actum, de act. empt. in venditione fructuum futurorum Ioan. Andr. ad specul. de usu in rub. Paul. de Castro consil. 19. & rerum eiusmodi aliarum.*

CXIII. Cessat vitium rei, quando incipit esse pretij maioris, *l. habitationum pr. cum gl. de peric. & commod. rei vendit. quando melioratur Angel. in auth. de non alien. §. penult. Bald. in hac nr. l. 2. quest. 19. & quotiescunq; incipit esse iusto pretio non dimidio minor.*

CXIV. Intentato hoc nostro remedio rem omnem dico poni in eum statum, vt vel habeatur ac si ab initio iustè, vel quasi nunquam gesta acta fuerit; vt apertiùs dicam, negotium quod gestum vel confirmatur vel annihilatur.

CXV. Confirmatur cum emptor, vti textus noster habet, pretium

tium supplet: annihilatur, rescinditurque cum ille fundum venundatum venditori & venditor ipsi restituit pretium. Quorum illud per se satis apertum esse existimo.

CXVI. Hoc verò interpretandum videtur iuxta ea, quæ dicta superius circa causam læsionis enormis & enormissimæ; vt enormissime lædens, cum notoriè in mala fide sit, restituere cogatur fructus vti malæ fidei possessor quiuis, *arg. l. eleganter. 7. de dol. l. certum. 22. l. nullo. 24. C. de R. V. & l. si quis cum aliter. 36. de V. O.* Enormiter autem lædens eos duntaxat quos percepit à tempore litis contestatæ. Sed de quo alibi; hinc hoc solum notato, quod fructus pro rata pretij debeant compensari *arg. l. 2. C. de usur. l. 39. §. vendentibus. de minor. l. 5. de R. V. l. 24. §. restitutio, l. 27. §. 1. de minor.*

CXVII. Attamen quod si enormis læsio solum proponatur, licet enormissima reuera subsit, & tunc fructus à die contestationis solum restituendos esse arbitror. Eò usq; enim emptor bonæ fidei possessor esset, non prædo, quandoq; pretium numerarit. *l. nemo prædo est. 126. de R. I.*

CXVIII. Est etiam quod excusare videtur illum, qui publicam fidem sequutus est, h. e. sub hasta emit, modò benè peractus sit ordo subhastationis, de quo *in l. 1. & 2. C. de fid. & iur. hasta fisc.* Neq; enim venditor, sed apparitor pro eo vendidit, *l. 1. C. si in caus. iud.* neq; sciri potest, quis emptor futurus; *l. 2. C. d. tit.* Proinde vix dici potest dolum ex proposito subfuisse.

CXIX. Quid si emptor probabiliter ignorauerit iustum valorem rei? Mihi pro re nata bona fides tantum præstat quantum veritas. *l. bona fidei. 48. de acquir. rer. dom. l. bona fides. 136. de R. I.*

CXX. Plurima huic nostræ constitutioni opponuntur; quæ verò omnia meo iudicio dependent ex conuentione & facto ipsorum contrahentium.

CXXI. Factum vrgetur duplex, prout scilicet illud habet adnexam renunciationem vel tacitam vel expressam.

CXXII. De tacita constat *ex l. cum donationis. 34. C. de transact. & facta dicitur, quotiescunq; quis sciens se lædi, nihilominus purè contraxit, quod etiam probauit Augustus Elector part. 2. constit. 34. verb. Es were dann.* De expressa liquet ex ijs, quæ traduntur *ad l. penult. C. de pact. Iung. Roland. à Vall. 1. consil. 59. n. 5. & 28.*

75.
CXXIII. Conuentio est vel in pactis expressè huic beneficio contrarijs & de quib⁹ nullum dubium subesse potest; vel in ijs, quæ statum causæ per obliquum immutant, ita vt rescissio vix peti queat.

CXXIV. Eiusmodi sunt pactum de retrouendendo temporale, arg. l. sed et si. 26. §. quoties Ex quib. caus. maior. Faber. defin. 5. hîc. Geminatio, vti alij volunt, contractus; verùm quæ mihi illius roboris, vt restitutionem impediât, non videtur, l. doli. 19. §. diuersum. de Nouat. in tantum vt neq; opus esse existimem distinguere, vtrum geminatio intra vel post biennium interuenerit: & pertinent illuc clausulæ, quarum appositionem nonnulli volunt præsentem restitutionem impedire. Cæterum quæ quoad hoc negotium, si non expressè vel tacitè circa illud interpolitæ fuerint, mihi tanti momenti non sunt.

CXXV. Vnde verò inferre licet ad eum, qui iurauit se à negotio conuento non esse discessurum: ne videlicet causam iuramenti latius interpretemur ac ipsum negotium, vltra quod illud effectum aliquem iure sortiri non potest.

CXXVI. Plures præter hanc præsentem rescindendæ venditionis causas esse, coustat ex præcedd. & probatur amplius ex ijs quæ disposita sunt circa causam pacti non seruati, l. ea. ff. de rescind. vendit. rationem causæ, in l. pen. eod. rationem officij publici, l. vlt. de contrah. empt. iustam ignorantiam, l. citius de rescind. vendit. & circa plurima alia: quæ autem huius loci non sunt.

CXXVII. Accedo ad media illa, per quæ constitutio hæc demum suas vires nanciscitur. Hæc exprimunt Impp. nostri verb: *au-
toritate iudicis intercedente*. Non ideoq; proprio arbitrio, neque ipso iure, sed ad petitionem partis per iudicem contractus emptionis venditionis ex capite læsionis rescinditur.

CXXVIII. Iudicem intelligo domicilij vel contractus; coram quo omnes actiones personales tractandæ sunt. l. quoniam. C. ubi & apud quem in integr. restit. l. fin. C. ubi in rem act. l. 1. §. si heres ad SC. Trebell.

CXXIX. Petit actor per actionem empti venditi, arg. l. 6. §. fin. de iur. dot.; Non conditionem ex lege. noua enim actio specialiter ex lege data non est; Non restitutionem in integrum. reme-
D
dium

dium enim illud extraordinarium est, neq; competit, nisi ex certis
causis. *l. 1. 2. 4. de rest. in integr.*

CXXX. Hinc nota & perspicua merita libelli ex capite huius
nr. constitutionis exhibendi; notanda tamen media necessaria
concludendi, sicuti sunt: Pono, quod fundum vel fundi partem
Tusculanam tanti emerim; quod fundus ille vel fundi dicta pars,
ex comuni æstimatione tempore conuentionis tanti æstimata
sit; quod ex fundo illo vel fundi illius parte mihi vendita tantum
annuatim perceperim.

CXXXI. Dico *tanti emerim*. Pretium enim certè definiendum
ad hoc, vt de læsione iudici constare possit, *hac nr. l. 2. & l. 8. C. eod.*; Dico item fundus ille vel fundi dicta pars: in specie namq; de re
vendita non in genere de toto corpore testibus deponendum vel
per documenta docendum est, iuxta ea quæ habet eum in locum
elegantè Faber. *hic definit. 20.*; Et iterum dico *ex communi æstima-
tione*; singularis enim nihil probat, per ea quæ posita latius supe-
riùs, in tantum, vt nonnulli velint æstimationem illam ex foro,
vulgò *Wie hoch es am öffentlichen Markt getauffet werden müge*; re-
petendam esse, vti videre est ap. *Afflict. decis. 316. n. 5.* Adde *ex tem-
pore conuentionis*. Etenim illud inspiciendum esse, satis superq; su-
pra demonstratum est.

CXXXII. Videntur verò & plura consideranda: vtrum videli-
cet emptor aliqua in se receperit: vtrū pacta aliqua adiecta fuerint,
quæ pretium super augeant; & vtrum fortè tale quid factum fuerit,
vnde res vendita eò minoris esset æstimanda: sed quæ facili ratio-
ne petuntur ex ijs quæ hæctenus de pacto de retrouendendo & si-
milibus alijs data sunt: Atq; potius in defensionalibus obijcienda,
quàm in libello, nisi per præoccupationem illud fiat, mouenda
videntur.

CXXXIII. Concludendum dicunt vnanimiter Dd. nostri
per tradita Abb. *in c. cum dilecti de empt. vend.* Bald. *hic. q. 11. & 15.*
rem restitui: quod quoq; passim receptum esse videmus, fortè ex
eo, quod existimetur rem tantum esse in obligatione, pretium et-
iam in solutione.

CXXXIV. Quasi verò in negotijs alternatiuis vtrumq; debe-
ri (quamuis hoc alternatiuè obtineat) non rectè dicamus. Fatentur
tur

46
tur etiam illi ipsi, qui ita tradunt sententiam esse debere conde-
mnatoriam ad rem cum potestate supplendi pretium.

CXXXV. Quod quoq; verisimū est & probatur ex aliquot pro-
nunciatis Cameræ Imperialis: quæ ita concipi solent, Ist zu Rechte
erkandt/das gedachter Beklagter obbenannten Clägern ihren gebürlichen
Antheil der obermaß / nemlich (addatur quantitas) dero die Stück vnd
Güter/in gemeltem Kauff bestimpt/zun zeit solches Kauffes/laut geführ-
ten vnd eingebrachten Beweises/besser/dan das angezeigt Kauffgeldt ge-
wesen / außzurichten vnd zubezahlen schuldig: oder aber in verbleibung
dessen/ derselbige Kauff/ so viel Clägern betrifft/ todt vnd ab/ vnd beklag-
ter Clägern die abnützung / so ihnen von besagter obermaß gebüren mü-
gen/ zu vergnügen verpffichtet vnd verbunden sey/ von Rechts wegen.

CXXXVI. Iam verò sententia ex omnium ore. quod quoq;
medij iuris est: sit conformis petitioni libelli; Et illa: ideoq; sese in
inuicem arguunt & demonstrant: Cæterum quæ aliquando latius
tradi possunt.

CXXXVII. Restat videre, quidnam Impp. nostros ad hanc
præsentem constitutionem publicandam mouere potuerit. De-
clarant verò seipsos in verb. *humanum*. De quo quidem
per plurima adnotari possent: sed quæ hîc
addere non vacat.



Ad Dn. Respondentem popularem
ac affinem suum.

B St eadem vitæ ratio non omnibus; vno
Viuitur haud voto; Mens sua quemq; regit.
Bellaiuant alios, & fortia prælia Martis
Dat Mercaturæ se quoq; magna cohors.
Aurum corradunt alij per fasq; nefasq;
Oblectat Bacchi hunc euacuare scyphos.

D 2

Hofg

Hosq; inuat pulchram Veneris sectarier arcem
Ast vitæ cunctos quis referendo modos?
Sed fiet ingenij, quænam TIBI cura laborq;
Non modò præsentés me docuere Theses;
Sed quoq; commonstrant Academia Lipsica largè,
Et sat Salanæ pulpita celsa schola.
Quid multis opus est? loquitur res ipsa; Labore
Arteq; mens Patriæ est accumulare decus.
Pergito, perficies olim; memor vsq; quod addo
SOLVS AD ARTIFICES QVI FACIT VSVS
ERIT.

Fac.

GVILHELMVS Müller/
Ascanius.

F I N I S.



153989

ULB Halle 3
003 260 577



R

VD 17



quis pbi
latterie di
antur car
te in quibz
continen
tur incan
ta cones.
Si
duni
naciones.
in tomos
suas. sim
legem isti
cremāf.
sed ille in
cūctis do
moh ec fi
unt post
publica
conem bo
noze in ex
ilium mit
atur. ut. C.
de malefi.
nullus. ac.
On
lice
at. ppter
segetes.
nunquid
ergo hic
rephendi
tur astro
nomicū


artis ignarus ideo tribūsus ē diuinus.
Quid aut mirū si quē admo dū ille corpis
humanū vel purbata uel mortificata tem
perie seu bonas seu malas futuras puidet
ualitudines. sic demōes in aeris affectōe
sibi notas nobis ignotas puidēt futuraf
tēpestates. Aliqñ boīm etiā disposicōes
nō solū uoce platas veruz etiā cogitacōe
oceptas. cū signa qdam ex aīo expmū
tur in corpore tota facilitate p dīscūt. atqz
hinc etiā multa futura dñūciant. alijs vi
delicet mira q̄ ista dispoſitica nō nouerunt.
fallunt etiā in die fallēdi a munda volū
tate q̄ boīm ei roze etantur. q̄ ne apud
cultores suos pōdus auctoritatis amit
tant. id agūt vt mterpūbz suis signoz
qz suoꝝ. diectoribz culpa tribuat qñ ipi
malī decepti fuerint vel mēti. Nō unq̄
uero ipi maligni spūs et illuzores boīm
atqz inuafores salutis eoꝝ. solēt p dīce
re defectū culture sue et ydoloꝝ. ruīnam
quatinus p̄sci videātur qd in singlis re
gms a locis v̄turuz et qd aduerſi sue fa
ctōm dtingere possit. qd etiā illi q̄ gētiliū
hīstorias legūt nō ignorāt. Quid ergo
mirū si iam imminēte tēploꝝ. q̄ simulacro
rup. euerſioe quā p̄p̄bz dei sumitātō an
p̄p̄. in. scap̄is dēik. alicui cultoz. suū
p̄p̄. tū. b. e. de p̄p̄mo p̄didit ut sua dē. p̄p̄mo
p̄p̄. tū. b. e. de p̄p̄mo p̄didit ut sua dē. p̄p̄mo

illa p̄tare facit. Vnde
et nouissima annūciante in
estis. Cultores vero ydolo
mūione spandi sūt. S̄n̄a
ad corinthios. si q̄s frat̄ fo
rus aut ydolis fuēs cū ei
bū sumere. **H**inc ec̄ in d
m̄ iūmoꝝis legit. **U**nde
Los arulpiēs vel in. ca.

Quis ariolos arusp
res obfuaugrit a pbi
vſus fuerit anathema fit. **C**
ritano occhio. ca. xxxij. **Q**
Ui diuinaōes expen
um subsecūtur. uel in domo
di boies intro ducunt ex q̄re
magica a expiādi cā sub re
iaceat scdm gradus peniti
Ite ex oculi. marām ip̄e.

On liceat re nō licet
xp̄iams tenē tradicōe
tuare uel colere elemēta a
cursus. a manē signoz. fall
faciēda. uel ppter segetes. re
tādas uel dūrigi. s̄n̄a
cmm. **O**mn̄a q̄ faciūt in re

*Processus Epistolae
S. Hieronimi ad Romanos*



DISSERTATIO
DE
RESCINDENDA
VENDITIONE

Ex l. Rem. maior. prec. 2. C. eo tit.

QUAM,
DEO FELICITER ANNUNTE,

SUB PRAESIDIO
Clarissimi & consultissimi viri,
DN. IOANNIS STVCKII,
I. V. D. & in incluta IVLIA Professoris publici,
nec non Dicasterij provincialis, quod est Guelpherby-
ti, summi Assessoris dignissimi, Praeceptoris
sui summâ obseruantia colendi,

Censurae publicae submittit
CASPAR. Heidebergk/
Ascanius,

*Ad diem 1. April. in Collegij noui
auditorio maiori.*

HELMMAESTADI,
Ex typographeio IACOBI LVCI,
c1o 1o c XV.